



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 24. Caput X. De exequendis Episcoporum edictis in eorum  
visitationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.

## §. XXIII.

## C A P U T IX.

*De Visitatione Ecclesiarum, quæ sunt nullius Diæcesis.*

„Quæ alias sub felicis recordationis Paulo tertio, & nuper sub Beatiſſimo Domino noſtro Pio IV. in hoc eodem Concilio de adhibenda ab Ordinariis diligentia in beneficiorum etiam exemptorum visitatione conſtituta ſunt, eadem etiam in Ecclesiis ſecularibus obſerventur, quæ in nullius Diæceſi eſſe dicuntur, ut ab Epifcopo, cuius Cathedralis Ecclesia eſt proximior, ſi id conſtet, alioquin ab eo, qui ſemel in Concilio provinciali a Prædato loci illius electus fuerat, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, viſitentur, non obſtantibus privilegiis, & conſuetudinibus quibuscumque, etiam im- memorabilibus.

## §. XXIV.

## C A P U T X.

*De exequendis Epifcoporum edictis in eorum viſitationibus.*

„Epifcoli, ut aptius, quem regunt, populum poſſint in officio, atque

C 3

„obe-

**Sæcul. XVI.** „obedientia continere, in omnibus his,  
A.C. 1563. „quæ ad visitationem, ac morum cor-  
 „rectionem subditorum suorum spectant,  
 „jus, & potestatem habeant, etiam  
 „tanquam Sedis Apostolicæ delegati,  
 „ea ordinandi, moderandi, puniendi,  
 „& exequendi, juxta Canonum san-  
 „ctiones, quæ illis ex prudentia sua pro  
 „subditorum emendatione, ac diæcessis  
 „suæ utilitate necessaria videbuntur,  
 „nec in his, ubi de visitatione, aut mo-  
 „rum correctione agitur, exemptio, aut  
 „ulla inhibitio, appellatio, seu que-  
 „rela, etiam ad Sedem Apostolicam  
 „interposita, executionem eorum, quæ  
 „ab his mandata, decreta, aut judi-  
 „cata fuerint, quoque modo impediat,  
 „aut suspendat.”

Hoc decretum in Galliis receptum,  
 & approbatum fuit per edicta Fran-  
 cisci I. Caroli IX. Henrici III. necnon  
 Regias literas Henrici IV. ad normam  
 edicti Anno millesimo sexcentesimo sexto  
 Mense Decembri datas, & denique per  
 declarationem, quam Ludovicus XIV.  
 Mense Martio Anno Domini millesimo  
 sexcentesimo sexagesimo sexto promul-  
 gari fecit.

§. XXV.  
 C A P U T XI.  
*De conservandis Episcoporum juribus.*

Quo-